



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima tertia Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Ex his beata Cunera apud Rhenanos, quod eo loci passa sit, valde celebris est, in territorio Traiectensi. Sunt etiam inter neotericos qui scribunt in hoc virgineo martyrum collegio fuisse Flandris principis filias Germanam & Luciam, cum matre Theodora. Cæterum ex diuersis causis, multa corpora de numero vndecim milium sparsim in Belgio habentur, ex Colonia aduecta. Vnicum die effossa sunt in cœmeterio vndecim millium ultra quinquaginta virginum corpora, ut habet liber posterior de vita beatæ Julianæ. Quem thesaurum illustris Margarita Flandriæ Comitissa, per diuersa loca reuerenter distribuit.

a. Vide Meierum in Annal. Flandriæ, an. 1279. ad fin.
Et die 17. Maij habet Martyrologium monast. S. Amandi: Ipso die Elnone illatio trium virginum Coloniensium.

Vigesima tertia Octobris.

1º. De sancta Oda vidua

Ex historia ecclesiæ Amaniensis, et informatione quam cum D. Præposito accepi anno septuagesimo quinto.

IN villa Amania, super fluuium Mosæ, natali, sicut & Oda, viduæ Boggi, Ducis Aquitanorum. Quam anno septingentesimo vndecimo in Gallia claruisse scribit Sigebertus, chronographus Gemblacensis. Ainita fuit S Huberti episcopi, quæ post mortem mariti sui Boggi, catholici principis, dote contenta, Deo seruire satagit, & pauperibus. Sacerdotes & sacros ecclesie ministros in Domino dilexit. Ex suis bonis ecclesiæ fundauit, maximè Amaniensem, in qua quiescit. Ab ea quoque multa habet Leodiensis ecclesia,

OCTOBRIS 22.

L I O N A T A L E S H A Z

ecclesia, quæ est S. Lamberti, sub quo præfule
floruit. Transtulit autem reliquias de tellure san-
ctus Floribertus filius S. Huberti, & in episcopatu
successor, septimo Idus Iulij. Quiescit Amaniae,
in collegiata S. Georgij, suique nominis ecclesia
vno millari ab Hayo.

Addunt quidam eam decorari, ex magnis regibus fidei
Christianæ cultoribus, Clodoueo, at quo: Childeberto, pa-
tre: Dagoberto, fratre. Sed & sanctas proles commemo-
rant, Arnulphum episcopum Metensem, Ferreolum epi-
scopum & martyrem; Modeticum confessorem, & Taci-
tam virginem. Sed qualiter hæc consentiant & vadet dicantur,
protulsi ignoro.

2º. De beato Pompeio, eius facellano.

Ex historia sanctæ Odæ & informatione, ut supra.

BEATUM autem Pompeium sacerdotem præcipue dile-
xit sancta Oda, virum vita & moribus comprobatum,
intantum ut licet percussio absuerit, palmam tamen
martyrij in sui corporis maceratione non credatur amisisse.
Sepultus est Amaniae in crypta facelli, quod in monte,
ad honorem sanctæ Catherinæ Deo est dicatum, usitatius
tamen beati Pompeij dicitur, Gallicè Saint Pope. Altare
eius ecclesiæ tres habet statuas, medium Deiparæ, sinis-
tram Catherinæ, & dexteram Pompeij, sedentis in habitu
sacerdotali cum calice in manu. Similiter depictus est in
parere, sed stans, & bratis benedicens animalibus. Cum
autem rustici Missæ sacrificium inibi requirunt, sacerdotes
legunt ex more de communī confessoriis non pontificis, sed
quia canonizatus non est, omissis collectis de confessore,
leggunt alias contra pestem animalium.

3º. De sancto Seuerino, Colonensi episcopo.

Ex Martyrologijs Coloniae Agrippinæ, & historia s.
Eusebii.

Cluitate Colonia, sancti Seuerini episcopi &
confessoris. Cuius catholica fide, maximo-

que

que sudore ac sana doctrina Colonensium Burdegalensium, Tungrensum, vicinorumque ecclesiarum, ab infestatione Arianæ hæresis sunt defensæ.

Scriptum est porro in historia S. Euergisli, Euphratam Ariani dogmatis zizania Tungris tritico sanæ doctrinæ superseminasse. Contra quæ episcopus laborans inibi puerum Euergislium, cuius virtutum primitias mirabatur, ad se recepit. Quem etiam in Colonensi sede successorem accepit.

Vigesima quarta Octobris.

1º De sancto Seuerino Treuirensi episcopo.

Ex catalogis episcoporum.

Treuiris, sancti Seuerini primi episcopi & martyris, qui cum Treuirensi ecclesia Tungensem quoque, nondum ab ea diuisam administravit.

Addit Placentias (quod vnde habeat ignoror) eum fuisse filium Messeronis, Comitis Louaniensis. Huius natalis est vigesima quarta Octobris: sancti autem Seuerini secundi, vigesima prima Decembbris.

2º De sancto Euergislo episcopo, martyre Tungris.

Ex historia ecclesie Tungensis, à Surio edita.

Coloniæ. natalis S. EVERGISLI episcopi Colonensis, & martyris, archidiaconi & successoris S. Seuerini episcopi.

Qui Tungris natus, martyr fuit, & tumulus. Locus ubi latrones eum occiderunt, nominatur die groenel-steegh. Habetque festum duplex in ecclesia